

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

D. Commoui. S. ego, istae recte ut fiant, uidero.  
 Quidnam hoc rei est? quidnam hic uolt ueterator sibi?  
 Nam si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei cas-  
 put.

## ACTVS TERTII SCENA PRIMA.

MYSIS, SIMO, DAVVS,  
 LESBIA, GLYCERIVM.

- M. Ta pol quidem res est, ut dixti lesbia:  
 I Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum.  
 S. Ab Andria est ancilla hæc. quid narras? D.  
 ita est.  
 M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem.  
 S. hem.  
 D. Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.  
 M. Nam quod peperisset, iussit tolli. S. o Iupiter,  
 Quid ego audio? actū est, siquidem hæc uera prædicat.  
 L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimum.  
 Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. L. sequor.  
 D. Quod remedium nunc huic malo inueniā? S. quid hoc?  
 Adeon' est demens? ex peregrina? iam scio: ah  
 vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse ait?  
 S. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc fallacia.  
 Hanc simulant parere, quo chremetem absterreant.  
 G. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.  
 S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium  
 Me audiuit stare, approparet. non sat commode  
 Dñiis sunt temporibus tibi Daue hæc. D. mihi?



m. Interminatus sum, ne faceres? num ueritus? quid  
rettulit?

Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo?

D. Teneo, quid erret: quid ego agam? habeo. s. quid  
taces?

D. Quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic  
fore.

s. Mihin' quisquam? D. echo, an tute intellexisti hoc as-  
portel simulari? s. irrideor.

video. D. Renunciatum est: nam qui istæc tibi incidit suspectio?  
st deis. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas, factum id  
consilio meo.

i, , s. Certe enim scio. D. non satis me pernosti etiam, qua-  
lis sim, simo.

est ini. s. Ego ne te? D. sed, si quid narrare occœpi, continuo dari  
Tibi uerba censes. s. falso. D. itaque hercle nihil iam  
mutire audeo.

re inis. Hoc ego scio unū, nemine peperisse hic. D. intellexitin'?  
sed nihilo seciu' mox deferent puerum huc ante ostium.  
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurū, ut sis sciens;  
Ne hoc posterius dicas, Daui factum consilio, aut dolis.  
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam  
uolo.

s. Vnde id scis? D. audini, & credo. multa concurs-  
runt simul,

Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum hæc  
se è Pamphilo

Grauidam dixit esse. inuentum est falsum. nunc,  
postquam uidet

Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico  
Obstetricem

A N D R I A

SI. Num immemores discipuli? D. ego, quid narres, m  
scio.

SI. Hiccine si me imparatum in ueris nuptijs

Adortus esset, quos mihi ludos redderet?

Nunc huius periclo fit. ego in portu nauigo.

L E S B I A , S I M O , D A V V S .

L. Dhuc Archillis, quæ assolent, quæq; oportet  
a Signa ad salutem esse, omnia huic esse uideo.  
Nunc primum fac istæc ut lauet: post deſ  
inde,

Quod iussi ei dare bibere, &, quantum imperauit,  
Date: mox ego huc reuertor.

Per, æcastor, scitu' puer natu' est Pamphilo.  
Deos quæſo, ut sit superstes: quando quidem ipſe est im  
genio bono,

Cumq; huic ueritus est optumæ adolescenti facere ini  
uriā.

SI. Vel hoc quis non eredat, qui norit te, abs te esse ortum?  
D. quidnam id est?

SI. Non imperabat coram, quid opus factō effet puerperæ.  
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus, clama  
de uia.

O Daue, itan' contemnor abs te? aut ita ne tandem  
idoneus

Tibi uideor esse, quem tā aperte fallere incipias dolis?  
Saltem accurate, ut metui uidear certe, si rescuerim.

D. Certe hercle nunc hic se ipſus fallit, haud ego. SI.  
edixin' tibi?

Interminatus

